



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

8. De alia simili obaltione feruoris proficiendi in triplici via perfectionis,
quam myrrha, thus, aurum repræsentant. Dominica infra 8. de Christo
duodenni. Vide infra hebd. 4. post Epiph. medit. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

Deo perfectè consecrandi, idque purè
propter Deum, constanter inter pro-
spera & aduersa.

Quoties similes in te sentis stimulos.
& impulsus: Utinam ea, qua pars est, ala-
critate parere satanas? Gratitudo, com-
punctio, zelus exactæ obseruationis
votorum.

III. Quantò demum incomparabilior
gratia in assiduo illo studio fideliter vo-
ta oblata reddendi, conatuque indefes-
so perfectissimè se totum diuinæ gloriæ
impendendi perseverare, usque dum
euocetur ad capiendum promissum à
Christo gloriæ brauium? Quod, ut tan-
dem assequaris, ecquod detrectes certa-
men laboris? Nisi legitimè certaueris,
non coronaberis. Constans feruor in
exacta votorum obseruatione & cura
minorum.

De alia simili oblatione feruoris proficien- VII.
di in triplici viâ perfectionis, quam
myrrha, thus, aurum re-
presentat.

I. Expende simili prorsus modo, quā-
tum sit Dei donū cum tribus Ma-
gis sic intus illuminari, sic accendi ad
feruens constansq; desiderium propo-
fitumque conandi in dies maioribus
pass-

passibus progredi in triplici via perfectionis , seu in studio maioris animæ puritatis, virtutum soliditatis, voluntatis nostræ cum diuina conformitatis aequitendæ.

II. Quanto rarius donum præsidio peculiaris gratiæ velle ac posse constanter hoc sanctum propositum conatumque urgere , quantumuis varijs validisque ingruentibus temptationum, desolationum, difficultatum, aduersitatum procellis!

III. Quanto demum inæstimabilius donum in tali indefesso continuoque proficiendi desiderio nunquam deficeret, sed conari proficere , usque dum vita deficiat? Hæc singula, ut suprà, ponderatibi applica , & affectus gratitudinis, compunctionis, zeli constanter proficiendi excita.

Pro Dominica infra Octauam, meditationem de Christo audenni : vide infra Hebd. 4. post Epiph. med. 3.

Dicitur